

Joachim Mantzel

Ad Auscultationem Benevolam Oratiuncularum Scholasticarum, Quibus Memoriter Recitatis, Viro Summe Reverendo, Excellentissimo, Amplissimo, Dn: Petro Goldschmidio ... Nuper Jussu Serenissimi Principis Inaugurato, Felix Officii Sat Ardui Auspicium Discipulorum Nostrorum Triga Publice D. [] Julii Apprecabitur ... invitat

Sverini: Typis Johann Lembkii, [1709?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1702847187>

Druck Freier  Zugang





AD
AUSCULTATIONEM BENEVOLAM
ORATIUNCULARUM SCHOLASTICARUM,
QUIBUS
MEMORITER RECITATIS,
VIRO
SUMME REVERENDO, EXCEL-
LENTISSIMO, AMPLISSIMO,
DN: PETRO
GOLDSCHMIDIO,

SUPERINTENDENTI DISTRICTUS PARCHIMO-SVERINENSIS
ET AD DIV: GEORGII PASTORI MERITISSIMO,
NUPER JUSSU SERENISSIMI PRINCIPIS
INAUGURATO,
FELIX OFFICII SAT ARDUI AUSPICIUM DISCIPULORUM NOSTRO-
RUM TRIGA PUBLICE D. A. ~~HUIUS~~ APPRECIABITUR; *Aug*
MÆCENATES, PATRONOS, FAU-
TORES OMNIUM ORDINUM
HONORATISSIMOS,

Qua par est observantia, & Humanitate, Officiose ac
peramanter invitatur

M. JOACHIMUS *Manzel*/Rostochia

Sch: Parch: Con: R:

SVERINI,

Typis Johann Lembkii, SERENISS. PRINCIPIS Typographi.





AURIFABROS, quos delicatum admodum præfens
 in quo vivimus Seculum in delitiis habet non mini-
 mis, miramur certè, genti cuidam Summo esse
 in odio. Sic enim JOHANNES BIRCHERODIUS jani F.
 Diff: II. De Aurifodinis & Auriferis locis Africa & America p. m. 70.
 inter Regiones Auri fertilitate eminentes nominat Damut &
 Gojame Abyssiniæ ditiones, de quibus illarum incolis sequentia nobis
 communicat: sed prohibet incolarum inscitia ac ignorantia hiæ fecun-
 dissima telluris uti donis ac beneficiis, qui sanè longè opulentiore evaderent,
 si ipsi innotuissent locuples illa è telluris visceribus metalla eruendi scientia.
 Et post pauca ita pergit: Quippe literas bonasq; artes non colunt ma-
 gnoq; odio FABROS persequuntur, quibus non concessum est, apud se cohabitare
 ædesq; exstruere ut in insaniam hominum numerum relatis. Unde fertur fa-
 bris nec permissum esse apud Abyssinos Ecclesias intrare. Longe meli-
 ori verò in his ipsis nostris, Auro licet, si Aurifodinas re-
 spicimus, plane destitutis regionibus Aurifabri fruuntur fortu-
 nâ. Nullus ipsis honoratior denegatur locus, templum ipsis
 interdicitur nullum. Lutherana præsertim Ecclesia non par-
 vum defert Aurifabris honorem atq; æstimum, quando in
 mentem sibi revocat, celeberrimos purioris doctrinæ Evans-
 gelicæ defensores, ex Aurifabrorum exiisse officinis. Neminem
 in Historia Literaria adeo Hospitem spero, ut ignoraret
 D. SALOMONEM GESNERUM optime jamjam studiis literariis im-
 butum, aliquando ejusmodi fortunâ minus secundâ usum
 fuisse, ut fabro cuidam aurario sese traderet in disciplinam.
 Nec propositum mutasset, nisi ipse Aurifaber GESNERO libero-
 rum suorum informationem concedere, quam artem tradere
 maluisset, autorq; fuisset, ut cursum studiorum semel cœptum
 peragere pergeret. De Doctore LUCA BACMEISTERO Theologo
 Rostochiensis memoriae proditum legimus quoq; illum aliquan-
 do

SVRINI
 Typis Johannis Krammii, Senensis, Principis Typographi.

do a literis ad Aurifabrum, artis discendæ causa transferenda consilia egisse, idq̃ factum esset omninò, nisi mater & *LUCAS LOSSIUS* præceptor meliora persuasissent. Non Tirones vero *Aurifabrorum* solum Ecclesia veneratur hac ratione doctores, sed de ipsis quoq̃ *Aurifabrorum* filii summo sibi gratulari potest opere. Sic annotante *D. JOH. ALB. FABRICIO* in *Censuriâ Fabriciorum Scriptis clarorum* hoc ipso anno editâ p. 22. *GEORGE Goldschmidt* nomine & re ipsa atq̃ opificio faber aurarius, pater *GEORGI FABRICII* Viri de Antiquitate sacra & profana meritissimi, hunc ipsum modo laudatum filium aurariæ officinæ destinavit, ni *JOHANNES SCHULTETZUS* Præceptor ejus a quo commendatus *JOHANNI RIVIO* est, intercessisset. Exempla dictis fidem conciliantia in promptu adhuc essent nonnulla, nisi in eo, cujus gratia præsentem insitui scriptionem acquiescendum ducerem. In illo igitur Ecclesia Parchimensis hætenus fuit summò cum Studiò occupata, quo novum a Serenissimo Patriæ Patre propositum sibi (S. T.) Dominum Superintendentem dignè, summâ cum lætitiæ contestatione exciperet. Ecclesia verò quemadmodum aliàs cum Scholâ tanquam ipsius seminario solet esse quam conjunctissima ita & in hoc præsentis rerum statu illarum conjunctionem omninò conservandam existimavi. Quare, quia etiam nihil sanè novi, Con-Rectores, *JOHANNEM DUBELIUM M. JOH. JAC. STUBELIUM & M. JOH. CHRISTOPH. VVOLFIUM*, nominare lubet, ejusmodi quid tentare, nullus dubitavi. communicato prius cum Dn: Rectore Collegâ meo longè honoratissimo, id quod susceperam, consilio, publicam quendam Scholæ nostræ instituere Panegyria, atq̃ summè Reverendo Dn: Superintendente de novo hocce a Serenissimo Principe **FRIEDERICO WILHELMO** ipsi demandato officio gratulari. Insimul & ipsi fausta quæq̃ a Deo apprecari, & toti Reverendo Scholarcharum Collegio Nostræ & Pubis Scholasticæ studia de meliori commendare. Obtulerunt verò sese ad illud perorandi officium, totius Scholæ nostræ nomine persolvendum, tres lectissimi, atq̃ optimæ indolis, Juvenes. Quorum

- (I.) **JSAACUS JOHANNES CORDES** Parchimensis, Rectoris nostri filius natus maximus, de *ERUDITIS ab Auro de nominatis*, disseret.
- (II.) **JOACHIMUS CHRISTIANUS DEHTLOFF**, Parchimensis, *Singularia quædam Petrina*, expendet;
- (III.) **CHRISTIANUS HENRICUS VOSS**, Parchimensis *ERUDITOS AURIFABROS* ex *Historia literariâ* collectos, recensabit.

Ju-

Augusti.

Judicium de Scholastico hocce conamine penes vos erit, quos
eâ, quâ decet submissione, ad benevolè hæc Oratiunculas die
1 Julii audiendas invito, *Mæcenates, Patroni & Fautores O. O.*
Honoratissimi Favete conatibus nostris, eò, sanctè vobis pro-
mittimus, quantum in nos erit, summo studio enitemur sem-
per, ne in ingratos cecidisse beneficium hocce ingens depre-
hendatur.

Dabam Parchimi ipsis Nonis Julii A. O. R.
M. D. CC. IX.




FRIEDERICO WILHELMO
...
(I) JACOBUS JOHANNES CORDES Parchimensis, Rector
...
(II) JOACHIMUS CHRISTIANUS BELTEOFF, Parchim
...
(III) CHRISTIANUS MICHAEL Voss, Parchimensis
...
Rectorum Parchimensis ex Historia hujusmodi collectis
...
recensitis

Augusti.

Judicium de Scholastico h
eâ, quâ decet submissio
1 ~~Julii~~ audiendas invi
Honoratissimi Favete cona
mittimus, quantum in n
per, ne in ingratos ceci
hendatur.

Dabam Parchimi



ine penes vos erit, quos
volè hæc Oratiunculas die
es, Patroni & Fautores O. O.
is, eò, sanctè vobis pro
mmo studio enitemur sem
ium hocce ingens depre

s Julii A. O. R.

X.

